

ler Macht, mit dem er Sünden korrigiert und bestraft¹⁶⁴. Zögernd und ohne über ein Ausbreiten miteinander unvereinbarer Lösungsvorschläge hinauszukommen, erörtert Franz *Ecce duo gladii hic* in einer Weise, die der Behandlung in Artikel III überwiegend fernsteht.

Nicht viel anders verhält es sich mit seinen Ausführungen zu Luc. 22, 36. Das siebente von Artikel III referierte und widerlegte pro-päpstliche Argument gab vor, diese Textstelle zeige Christus, wie er als weltlicher Herrscher auftrat, indem er seinen Jüngern gestattete, Waffen zu besitzen und zu tragen. Franz' Verständnis bezüglich der aus der Weisung *Et emat gladium* zu ziehenden Folgerungen blieben im traditionellen Rahmen franziskanischer Denkweise: Die Schwerter gehörten den Jüngern nicht *quoad domi-*

¹⁶⁴) Franz, 'Improbacio' (wie Anm. 91), fol. 72^{rb}: *Nec movere debet, quod Luce XXII. c. Petrus dixit Christo: „Domine, ecce duo gladii hic!“ Cui Christus ait: „Satis est.“ Quoniam per duos gladios significari videtur duplex potestas spiritualis Petri, scilicet potestas spiritualiter occidendi et potestas spiritualiter vivificandi, quo modo secundo libro Regum VIII. c. legitur, quod David „mensus est duos funiculos, unum funiculum ad occidendum“ et alium funiculum „ad vivificandum“, et significabant duplicem potestatem pontificis, scilicet potestatem ligandi et solvendi. Et ita eadem potestas, quamquam aliter, significatur per duplicem funiculum, duplicem gladium et duplicem clavem, scilicet potestas spiritualiter occidendi et potestas spiritualiter vivificandi seu potestas spiritualiter ligandi et solvendi, que est eadem potestas in re, licet differat ratione.*

Vel etiam per duos gladios potest intelligi potestas pontificalis spiritualis infligendi pro delicto duplicem penam, spiritualem et temporalem, quia ecclesie pontifex potest ratione delicti atque peccati infligere reo duplicem penam, spiritualem vel temporalem. Non quod per duos gladios significetur potestas pontificalis et potestas regalis sive potestas spiritualis et potestas temporalis, ut aliqui autumant, quamquam, etsi illa significarentur per duos gladios, non esset contra sed pro nobis. Quamvis Petrus dixerit: „Domine, ecce gladii duo hic!“, tamen Petrus non legitur habuisse nec portasse nisi tantum unum illorum gladiatorum duorum, sed alium gladium non legitur Petrum portasse nec usum fuisse. Ex quo datur intelligi, quod unus illorum, scilicet potestas spiritualis, pertinebat directe et immediate ad Petrum et eius successores, reliquus vero gladius, scilicet potestas temporalis seu imperialis, pertinebat ad Petrum et eius successores tantum mediate ratione communitatis ecclesie sibi commisse, que in collegio apostolorum et discipulorum representabatur. Ideo Petrus dixit: „Ecce duos gladios hic!“, scilicet in ecclesia militante, et non dixit: „Habeo vel habemus duos gladios,“ sed dixit: „Hic,“ dans intelligere, quod „hic“, scilicet in ecclesia militante, est duplex potestas per duplicem gladium significata, scilicet potestas spiritualis seu pontificalis et potestas / (fol. 72^{va}) temporalis seu imperialis. Set una illarum potestatum spectabat ad Petrum directe et immediate, alia vero potestas spectabat ad eum indirecte et mediate ratione communitatis ecclesie sibi commisse. Ideo unum illorum gladiatorum legitur Petrus portasse et habuisse immediate ac ipso usum fuisse, alium vero gladium non legitur Petrus portasse nec etiam immediate habuisse et multo minus usum fuisse.

Quamvis etiam per duos gladios utriusque testamenti auctoritas congrue posset intelligi secundum Ambrosium; vel etiam per duos gladios posset intelligi gladius spiritualis sciencie et veritatis et gladius potencie seu potestatis que pertinet ad pontificem, quia pastor ecclesie secat ac necat vicia et peccata et gladio veritatis per predicationem et informationem et gladio potestatis per correccionem et debitam punicionem ...